

dominis legatis plenipotentiariis mediatoribus praesens instrumentum in maiorem fidem et conditionem pacis pro inclita Venetorum re publica officiis nostris promotarum et supra enarrato modo conclusarum firmitatem subscriptionibus pariter propriisque sigillis nostris appositis corroboravimus.

Acta haec sunt in congressu Carlovitzi in Sirmio, sub tentoriis die 26 januarii 1699.

Wolfgangus C. ab Otting. (L. S.)

Leopoldus C. Schlick. (L. S.)

S. Matachouski. (L. S.)

Haec praemissa coram nobis et subscriptione mediatoris nostri ita acta, conclusa, et firmata esse, vigore publici munieris nostri, pariter subscriptione et sigillorum nostrorum appositione attestamur, et firmamus, anno et die ut supra

Guilielmus Paget. (L. S.)

J. Coljer (L. S.)

*Exemplar formulae adjunctae a serenissima Republica Veneta  
pro ratificatione instrumenti pacis.*

Sylvester Valerio, Dei gratia dux Venetiarum etc. Notum facimus et attestamur, quod die 26 januarii 1699 more imperii, in congressu pacis, facto Carlovitz, sancitum est instrumentorum tenoris subsequentis.

*Inseratur Instrumentum.*

**CONCLUSIO.**

Nos igitur capitula sexdecim supra dicta pacis inter serenissimum Mustaphà, turcarum imperatorem, et Rempublicam nostram